Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

igitur due decime. due decem mandatorum intelligentie.

Septimo anno facies remissionem que hoc ordine celebrabitur. Cum debetur aliquid ab amico uel proximo aut fratre suo repetere non potest quia annus remissionis est domini. Peregrino et aduena exiges. Quem autem propinquum repetendi non habes potestatem. et omnino indigens et mendicus non erit inter uos. Septimus enim dies et septimus annus sicut iam in alijs exposuimus hoc ultima etas intelliguntur. De qua apls ait. Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. In hac autem ultima etate remissionem facere debemus. sicut dns ait. Dimittite et dimittetur uobis. Item. Nisi remiseritis hominibus peccata eorum nec pater uster celestis dimittet uobis peccata uestra. Hec igitur debita que a proximo uel ecclie ambiri non repetere sed dimittere debemus. Quod autem ab aduena et peregrino hoc repetere concedit dispensatio infidelibus hanc remissionem non ualere significat. Sume enim dimittas siue non dimittas ille tamen in domum pitiurus est. Quid enim iudeis in infidelitate persistentibus prestitit quod dns ait. Pater ignosce illis non enim sciunt quid faciant. Debitum igitur ab hijs exigitur. siquidem non dimittitur. In eo uero quod ait et omnino indigens et mendicus non erit inter uos ad eleemosinarum largitatem nos prouocare uidetur. Sequitur. Feneraberis gentibus multis et ipse a nullo accipies mutuum. Dominabitur nationibus plurimis. et tu nemo dominabitur. Nulla enim gens est cui de diuitijs suis de diuitijs inquam spiritualibus ecclia non fenerauerit. Nulla gens est cui ipsa fidem suam non prodicauit. Et cum omnes gentes eam fidem suscepissent ipsam nullus gentis fidem suscepit. Et ipsa quidem tandem dominabitur omnibus qui preter deum nemo dominabitur.

Cum ubi uenderis fuerit fratri tuus hebreus aut hebrea et sex annis fuerit tibi in septimo anno dimittes eam liberam. Et quemadmodum libertate donauis nequaquam uacuam abire patiens. sed dabis ei uiaticum de gregibus et de area et de torculari. Si autem dixerit nolo egredi eo quod diligat te et domum tuam et bene sibi apud te sentiat esse. assumes subulam et perforabis auem eius in janua domus tue. et erit tibi usque in eternum. Ancille quoque similiter facies. Non aduertes ab eis oculos tuos quando dimiseris eos liberos quasi iuxta mercedem mercenarij per sex annos seruiuit tibi. Cum enim hebreus transiens in peregrinatione omnis homo hebreus intelligi potest qui ab infidelitate ad ecclesiam transit. Hos autem decorores ecclie fidei proprio domino emunt. Idem uero per sex annos quod per sex dies significatur. Non enim sunt dies nisi sex in quibus seruile opus licet. Qui igitur sex annis fuit quod uiuit a seruitute non recedit. Sed sciendum est qa suorum dei alij sponte seruiunt et gratam habent seruitutem. Alij uero non sponte et onerosam ferunt seruitutem. Et multos quidem tales in ecclesia uidemus qui nichil tam fruitur sua sponte faciunt seruiunt tamen aut uere ecclesia aut timore. Hos autem et in septimo anno idest iuxte finiuo completo liberos ecclesia abire permittit qa nulla ei ulterius seruitute seruiunt. Sed melius eis fuerat adhuc fuisse si tamen bene fuissent quam tali libertate liberos abisse. Et unde quamuis bonus dns qui nec etiam ipsos malos suos et ingratos uacuos abire permittit sed dat eis uiaticum de gregibus et de area et de torculari. Intelligit enim ecclia hec sacramentum intelligit et hec nomen. neque igitur quid uiaticum significet. Unde et ultima hora penitentibus hec uiaticum reapse persuadet. quo per totam uitam usque ad sedem iudicis secum perferuntur. Hec enim uiaticum xpi corpus et sanguis est. quod puius quidem de gregibus suscipiebatur. nunc autem de area et torculari suscipitur. Quis enim hec non intelligat. Quis nesciat quid agnus significet qui in pasca immolabatur. Et enim pasca nrm immolatus est xpus. De area denique suscipit panis et uinum de torculari quamuis ineffabiliter in xpi carnem et sanguinem conuertuntur. Sequitur autem de uno suo qui libenter assumens nunquam a dmo suo uel recedere seruiuit. Quare hec. Quia enim diligit domum eius que est ecclesia semperque sibi apud eum bene esse sentit. Nunc igitur duat dns ad janua domus sue et perforat auem eius ut ei fiuat imperpetuum. Qui enim ad janua duatur ab omnibus qui sunt in domo uidetur. Oportet igitur omnis bonus suus duatur ad janua ut quisque fidelis et obedienciam sit omnibus innotescat. ceterique bonum exemplum de eo capiant et qui nondum aures perforatas habent sibi ad eius exemplum perforan faciant. Tales enim aures dns querebat cum diceret. Qui habet aures audiendi audiat. Iste igitur qa per sex annos idest omni tempore uite sue quasi

mercenarius